

Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Imago 29. Pœnitentia fructus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](#)

Ut fracta telo monstra trifissili
Deuoldit atris ardua nubibus
Vltoris ira. Deflagranti,
Illa gemunt Erebi sepulcro.

NOTE.

1. Vipereæ morsus intrà septem horas, vel certè
intrà triduum mortem accelerat. Pharisei suis
superstitionibus intra septem ad ipsum usque Sabba-
thum dies animas mortiferis noxis obligabant contrà
leges. Ut patet sàpè in Euangelijs.

2. Virulento dente pestem plagis infundit. Ka-
lumnia pestilenti morbu alterius præsertim Christi
famam appetit, præ inuidiâ, quâ rumpuntur in Mes-
siam Pharisei, viperarum genus impissimum.

3. Mirè vini est appetens, Plinius, nec minus
in libidinem effusa. Unde illi tot caculi, seu ge-
ninaea viperarum Putasne Phariseos qui primos
ambivunt accubitus vino abstinuisse? minime putare-
rim. Et hoc oleo quis nisi libidinis caminum accendi
existimet?

Imago 29.

Pœnitentia fructus.

1. In nube serenâ & purpureâ in cuius medio
consistit
2. Oculus, è quo
3. Ros defluit in
4. Florulentum hortum, quo exclusa
5. Vipera fugient.

G

G. Arg

6. Ara adolet odores, in medio horti qui
7. Flores imbuant suauiori aurâ.
1. Dolor sanctus, è quo conscientia serenitas.
2. Pœnitentia sancta & pura intentio: unde
3. Lacryma imbuunt
4. Animum plenum pijs desiderijs:
5. Vitia excedunt.
6. Pietas.
7. Pia desideria Deigratia adflat, & gratiora reddit.

Vipereæ excedunt pestes:

Horatianum.

C Aliginosis ut sat inhorruit
 Nimbis sepultus, seque Diespiter
 Subduxit, armavitque sauos
 Fulmineis radios sagittis:
 Nunc purpurantes vndique cerneres
 Nubes decoro non sine lumine
 Fulgere, & inclusos serenum
 De fluere hic oculos in imbreu.
 Siticulosæ iam riguis virent
 Aquis arenæ. Læta nouis Ceres
 Adsurgit vnis. Purpurascit
 Spina rosis, violisque tellus:
 En, ara fœdis pura draconibus
 Castis odorum thus adolet foci,
 Et flos odoratis suaves
 Haurit hians animas ab auris.

Facit